

Plantae novae Orientales.

III.

Von J. Freyn (Prag).

(Fortsetzung.¹⁾)

Paphlagonia. Ineboli, in silvaticis ad Monastyr die 30. aprili 1892 detexit Sintenis! (Exsicc. no. 3831).

Dimensiones: Caulis subpedalis penna anserina tenuior, folia circ. 11 cm longa ad medium 3 lata, foliola bene evoluta 16 mm longa, 6 lata; stipula maxima 8 mm longa paulo plus millimetrum lata; racemus oblongo-cylindricus circ. 7 cm longus et 3.5 diametro; calyx 7.5 mm longus ad apicem subaequilatus, carina 13, ala 14 millimetralis, vexillum (explanatum) 21 longum.

Species elegans, insignis et valde diversa a *G. alopecuroide* Bunge et *G. pachycarpa* C. A. Mey. statura gracili humiliore, colore viridi (nec cano tomentoso vel subsericeo), foliis tenuibus (nec coriaceis), valde reticulatis, spica laxiuscula (nec densissima), floribus horizontalibus (nec erecto patulis), calyce gibbo subquadrato, dentibus acutioribus, vexillo tandem semicirculari recurvo (nec rectangulo, erecto) ab aliis petalis distante (nec ea contingente). Species pro carina obtusa (nec mucronulata) et stamina 2 superiora a ceteris discretis in genere abnormis.

Parnassia Bornmülleri Freyn. Acaulis debilis glabra, foliis radicalibus ovatis usque ellipticis obtusis connivente trinerviis in petiolum eis brevioribus abrupte attenuatis, scapo aphylo folia multo superante gracili erecto vel adscendente unifloro; flore parvo, petalis albis erectis oblongo-spathulatis connivente-trinerviis apice patula emarginata subbilobis laciniis calycinas virides tubo aequilongas triangulari-lanceolatas 1-nervias obtusas 2½ plo superantibus; squamis nectariferis calycino tubo pallido subaequilongis oblongo-quadratis ad dimidiam fere in 3 laciniis lineari-subulatis fissis; staminibus calycem superantibus, filamentis angustissime subulatis, antheris globosis exsertis; capsula ignota. 24 Julio.

Persiae australis provincia Kerman: in regione alpina montis Lalesar ad 3600—3800 m supra mare Julio 1892 leg. Bornmüller!

Dimensiones: Scapus 5—7 cm altus, folia (petiolo excluso) centimetrum circ. longa et ad medium vel supra basin 8 mm lata, sed etiam paulo majora et minora; flos 9 mm circ longus, calyce 4, petalo 5—6 mm longo.

Habitu formas parvas *Saxifragae nivalis* L. aemulans, *Parnassia subacauli* Kar. et Kir. et *P. palustri* L. gracilior et humilior sed

¹⁾ Vergl. Nr. 2, S. 61.

illi magis affinis et ab ea insuper diversa petalis erectis emarginatis squamis nectariferis oblongo quadratis (nec cuneatis) nec non foliis brevioribus. Folia *Parnassiae subacaulis* in speciminibus originalibus (Kar. et Kir. no. 1271) a clar. Autran ex herbario Boissieri benevole communicatis iis Ophioglossi non absimilia, 5nervia, caeterum haec species scapo aphylo vel supra basin unifolio, petalis oblongo-ellipticis 5nerviis, calycis laciniis inaequalibus (maxima tubo sesqui fere longior), staminibus calyce multo brevioribus inclusis. *P. palustris* L. nostra multo robustior, caule monophyllo, foliorum forma et squamis nectariferis in ciliis 6—12 divisis ceteris notis neglectis multo magis diversa.

Petroselinum anatolicum Freyn et Sint. Glabrum elatum paniculatum ramosissimum, caule erecto tereti striato foliato, ramis erecto patulis foliosis et iterum ramulosis; foliis basilaribus ignotis, caulinis infimis florendi tempore saepe evanidis longe petiolatis ambitu ovatis binternatis, laciniis latis petiolulatis cuneato-ovatis trifidis et lobulatis, lacinulis ovatis obtusiusculis; caulinis mediis vagina pallescente subcoriacea sessilibus, lamina ea infimorum conformi et paulo tantum minore sed lacinulis acutis lanceolatis; summis valde diminutis laciniis late lanceolatis; umbellis majoribus aequaliter 9—12 radiis $\pm$ longe pedunculatis, involucri phyllis 1—5, radiis 3—4 plo brevioribus, nunc setaceis, nunc lanceolato-linearibus, nunc ad apicem ipsam setaceo-trifidis; involucelli phyllis 5—9 inaequilongis lanceolatis margine membranaceis; floribus luteis; fructu laevi rotundato ovato a latere subcompresso; mericarpiorum atroviridium jugis 5 cum calyce albidis, valleculis univittatis, albumine gibbo convexo antice subplano. ☉ (?) Julio, Augusto.

Paphlagoniae in vineis ad Tossia cum Malabaila spec. immixta die 7. Aug. 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 5247.)

Ab affini *Petroselino sativo* Hoffm. nostrum foliorum laciniis abbreviatis latis (nec lanceolatis vel angustissimis), floribus luteis (nec luteo-virentibus) specificè diversum videtur. *P. sativum* Hoffm. a cl. Sintenis in eodem ditone etiam repertum a planta europaea nullo modo differt.

Bunium microcarpum Freyn et Sint. in Exsicc. = *Carum microcarpum* Boiss. fl. Orient. II. 885. Ich habe mich nach reichlichem von Sintenis mitgetheiltem Materiale paphlagonischer Bunium-Formen überzeugt, dass hiemit *B. fallax* Freyn et Bornm. in Oesterr. botan. Zeitschr. XLI. p. 10 identisch ist. Andere Standorte, als die am a. O. verzeichneten, kenne ich von dieser Pflanze aus Autopsie nicht.

Bunium Bourgaei (Boiss.) Freyn et Sint. Hiemit ist *B. microcarpum* Freyn et Bornm. in Bornm. Exsicc. Anatol., et in Oesterr. botan. Zeitschr. XL. pag. 10 (non Boiss.) identisch. Hierher folgende Standorte: Pontus australis: Amasia, in regione sub-

alpina montis Akdagh 1400—1600 m s. mar. die 30. junio 1889 leg. Bornmüller! (Exsicc. 527); *Paphlagonia* ad Tossia: in campis versus Dikmen die 21. majo (Exsicc. no. 3984) et in valle Kaiseri dere in herbis die 26. junio 1892 (Exsicc. no. 4445) leg. Sintenis!

B. microcarpum Freyn et Sint. (nicht Freyn et Born.) und *B. Bourgaei* Freyn et Sint. unterscheiden sich sofort durch die Länge der Blattzipfel, welche bei dem Ersteren schmal und lang (bis 2·5 cm!), bei dem Anderen kurz und breitlich sind (nur $\frac{1}{3}$ bis $\frac{1}{2}$ so lang wie bei *B. Bourgaei*). *B. cataonicum* Stapf et Wettst. stimmt in dieser Hinsicht mit *B. Bourgaei* überein, dem es überhaupt ganz nahe steht.

Bunium cataonicum Stapf et Wettst. Beitrag zur Fl. Lyc. pag. 26! (1886) = *Curum Bourgaei* γ. *cataonicum* Boiss. Fl. or. II. 885. Hiemit ist *Bun. microcarpum* β. *alpinum* Freyn et Bornm. in Bornm. Exsicc. Anat. 1889 identisch. Von dieser Pflanze kann ich folgende Standorte sicherstellen: Pontus australis: Amasia, in regione alpina montis Akdagh 1400—1600 m supra mare die 18. majo 1889 leg. Bornmüller! (Exsicc. no. 530); *Paphlagonia*: Tossia, in pratis subalpinis montis Kutschuk Ilkas Dagh die 4. junio (Exsicc. no. 4340) et in summo jugi Bökük Ilkas Dagh ad 2700 m supra mare die 23. julio 1892 (Exsicc. no. 4761) leg. Sintenis!

Seseli (Hippomarathroides) resinosum Freyn et Sint. Glaucom glabrum superne patule tomentosum, caule e collo squamoso recto crasso tereti striato rigido folioso jam infra medium vel superne tantum ramoso-corymboso; foliis petiolatis ambitu oblongo-ovatis bipinnatisectis laciniis penninerviis acutis lanceolato-linearibus sursum directis, foliorum superiorum in vagina angusta amplexante insidentarum limbi laciniis abbreviatis lanceolatis; umbellae hemisphaericae radiis 20—30 subaequilongis cano et patule tomentosis, involucri nullo vel monophyllo, involucri phyllis sub-12 tomento cano densissimo pannosis basi concretis lanceolatis marginatis umbellulae compactae adpressis et eam aequantibus vel subbrevioribus; petalis albis roseo suffusis glabris; stylis ad stylopodias depressas reflexis; fructu dense cano-tomentoso oblongo dentibus calycis subulatis eo sextuplo brevioribus coronato, jugis argutis. 24 Aug. Sept.

Paphlagoniae, Küre Nahás: in declivibus saxosis ad Eki-tschai die 25. Augusto (flor.) et 9. Sept. (fruct.) 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 5010.)

Dimensiones: Caulis 35—50 cm altus, pennae anserinae vel minus crassus, ramis 1—32 cm longis patulis vel divaricatis; folia radicalia (cum petiolo) usque ad 23 cm longa et 10 cm supra basin lata vel multo minora; umbella terminalis fructifera 6·5—7·5 cm diametro; radii 3—2·5 cm longi; fructus (fere maturus) 3·5 mm longus $1\frac{1}{3}$ latus.

Caulis superne saepe succum luteum diaphanum sepaebet. Species nostra ab affini *S. gummiifero* Smith differt foliis glaberrimis oblongo-ovatis (nec oblongis), laciniis lanceolatis (nec cuneatis), involucellis dense pannosis, acheniis angustioribus tomentosis (nec tenuiter pubescentibus) et calycinis dentibus fructo sextuplo (nec 4plo) brevioribus; a *S. crithmifolio* Boiss., specie breviter velutina nostra insuper differt umbella 20—30 (nec 30—40) radiata et fructu tomentoso (nec pubescente).

Peucedanum (Palimbioidium) tomentellum Freyn et Sint. Viride inferne vel usque ad apicem plus minus et saepe retrorsum tomentellum, caule elato erecto vel flexuoso tereti substriato laxe folioso a basi vel superne tantum patule ramoso; foliis basilaribus planiusculis valde tomentellis ambitu late oblongis, bipinnatis segmentis petiolulatis apicem versus decrescentibus 7—8 jugis cuneato-ovatis pinnatisectis, lobulis approximatis brevibus in lacinulas 1—3 scabridas bisulcas breviter lineares apiculo calcareo terminatis divisis; caulinarum laciniis paucioribus lineari-cuneatis sessilibus subdecussatis, summis valde diminutis vagina angusta eis pluries longiore insidentibus; umbellis longe pedunculatis inaequaliter 8—17 radiatis depresso-hemisphaericis; involucri nullo; involucelli phyllis sub-9 inaequalibus lanceolatis membranaceo-marginatis persistentibus; petalis ante anthesin atrorubentibus tandem chrysanthis; mericarpiis valde compressis parvis pedicello aequilongis ellipticis basi et apice obtusis vel basi emarginatis, margine vix inflato semine 6plo angustiore cinctis; jugis tenuibus evittatis exterioribus cum margine confluentibus; valleculis binis centralibus univittatis, lateralibus bivittatis, commissura papillosa 4vittata. 2. Julio.

Paphlagoniae, Tossia: versus Jokarki-Dikmen, in declivibus ad Devrek-tschai die 16. julio (Exsicc. no. 4646); in monte Giaurdagh die 29. julio (Exsicc. no. 5240) et in collibus ad Kawak-Tscheschme die 4. augusto 1892 (Exsicc. no. 4880) leg. Sintenis!

Dimensiones: Caulis 30—80 cm altus; folia radicalia majora cum petiolo 4 centimetrali sub 15 longa et infra medium 6 lata, segmentis usque 4 longis; pinnae secundariae circ. 8 mm longae et ad eorum basin 5—6 latae; folia caulina infera radicalium subbreviora saepe valde diminuta et in lacinulas elongatas divisa; umbella perfecta terminalis 8—9 cm diametro et 3 alta, secundariae ea dimidiam vel tertiam partem aequantes; mericarpiis circ. 6 mm longa, ad mediam 3.5 lata.

Facie *Peucedani chrysanthi* Boiss. Bal. et *P. palimbioidis* Boiss. sed huic ultimo etiam valleculis irregulariter bivittatis et commissura 4 (—6-) vittata donato magis affine et ab eo diversum indumento tomentello (nec sub lente breviter puberulo), foliis radi-

calibus bipinnatisectis et iterum divisis (nec pinnatisectis 4—5jugis), segmentis primariis petiolulatis (nec decussatis), involucri nullo (nec 1—2phyllo), involucello sub 9- (nec 3—4-) phyllo persistente (nec caduco). A *Peucedano chrysantho* habitu et multis notis congruo nostrum differt indumento, foliis caulinis nec ad vaginas reductis, margine semini multo angustiore (nec eo dimidio aequilato), valleculis irregulariter bivittatis (nec semper 1 vittatis) et commissura 4- (nec 2-) vittata. Exstat subspecies arcte ut videtur affinis:

Subsp. *Peucedanum fallax* Freyn et Sint. Omnino *P. tomentellum* sed diversum indumento fere deficiente et ad asperitatem foliorum et tomentum brevissimum ad caulis basin reducto, foliorum caulinarum (radicalia mihi ignota) laciniis oblongo-linearibus valde callosis, umbella majore corymbiformi (nec hemisphaerica), mericarpiis submajoribus nempe 7 mm longis, 3.5 latis, late et fere spongiose albo-marginatis (margo nempe semini latitudine quartem partem aequans) et commissura bivittata.

Synon. *P. chrysanthum* Freyn in Bornm. Exsicc. 1889, non Boiss.

Paphlagonia, Tossia: in vineis montis Giaurdagh die 7. aug. 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4945); Galatia, Amasia: in collibus apricis 360—500 m supra mare die 26. junio (Exsicc. no. 518) et 4. julio (no. 384) leg. Bornmüller!

Prius pro *P. chrysanthum* habui quo habitu, mericarpiarum facie et magnitudine congruit, sed diversum valleculis irregulariter 2-vittatis et commissura 6- (nec 2-) vittata. Specimina Bornmülleriana ob statu nimis juvenili diu cum *P. chrysantho* confundavi.

Stenotaenia Sintenisii Freyn n. sp. radice ignota, caule sparsim et patule pubescente elato tereti striato praeter vaginas coriaceas lineares elongatas ad pedunculorum orto aphylo, superne irregulariter ramoso subcorymboso, foliis ignotis; umbella terminali caeteris 2—4 radiatis majore inaequaliter 6 radiata, ramo proximo superata; involucri et involucello nullo; radiis striatis minutissime et patule aculeolatis et papilloso pubescentibus; pedicellis plus minusve dense patule papillois; floribus purpureis pallescentibus, antheris luteis albescentibus; fructu arcuatim aculleato et papilloso (immature) 13 mm longo, oblongo-elliptico basi angustato apice rotundato. margine pellucidi seminis tertiam partem aequante, jugis intermediis 3—4; vittis vallecularum inaequilongis, intermediis semine longioribus et $\frac{2}{3}$ mericarpii aequilongis, commissurae glabrae vittis 4 per paria approximatis arcuatis ad apicem mericarpii confluentibus. 24 (?) Julio.

Paphlagonia, Tossia: in silvis convallis Aktschausch-dere montis Giaurdagh raram die 29. julio 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4868.)

Species infauste radice et foliis ignota, sed umbella pluriradia,

fructibus immaturis jam 13 mm longis, indumento et florum colore insignis et verosimiliter *S. nudicauli* Boiss. affinis, quae indumento tomentello, umbellis 3 radiatis fructu puberulo apice minute retuso, vittis commissuralibus 6 nis differt. Aliae species hujus generis jam mericarpiarum dimensione egregie differunt, nempe *S. tordylioides* Boiss. et *S. Haussknechtii* Boiss. 6·5 millimetralibus et *S. macrocarpa* Freyn et Sint. 20 mm longis.

Malabaila pastinacaefolia Boiss. Bal. β *macrocarpa* Freyn et Sint. Omnino descriptione typi in Flora Orientali II. 1056 donata correspondens, sed mericarpia duplo fere majora, immatura jam centimetrum longa, 6·5 mm lata.

Paphlagonia, Tossia: in campis inter Jokarki Dikmen et Schakylar die 16. julio 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4642.)

Pastinaca (Pimpinelloides) dentata Freyn et Sint. Patule pubescens, radice ignota; caule elato robusto pentangulato et sulcato paniculatim ramoso flexuoso; foliis radicalibus ignotis; caulinis in vaginam sessilibus pinnatim decompositis versus apicem caulis decrescentibus, segmentis circ. 4jugis ovato-ellipticis vel late oblongis irregulariter crenato-dentatis terminali saepe lobulato; umbella terminali a ramealibus superata 9-radiata; involucri phyllis 4—5 triangulare et anguste lanceolatis subsetaceis flexuosis; involucelli phyllis (in eadem umbellula) 1—7 pedicellorum dimidiam aequantibus lineari setaceis deflexis; radiis valde inaequalibus puberulis et subscabris; floribus chrysanthis; stylo tandem depresso; mericarpiis pro ratione magnis $\frac{2}{3}$ pedicelli longitudine aequantibus glabris ellipticis basi et apice emarginatis, jugis tenuissimis basi incrassatis, vittis ad $\frac{3}{4}$ mericarpium productis attenuatis, binis lateralibus centralium sublatis; commissurae glabrae 4—6 vittatae vittis valde irregularibus. 24 (?) Julio.

Paphlagoniae, Tossia: in pratis humidis ad Schersch-Oghlu die 16. julio 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4641.)

Dimensiones: Caulis ex unico specimine circ. metralis et infra trientem inferiorem 8 mm diametro. Folia caulina infera 20 cm longa 8 lata, segmentis circ. 5 cm longis 2 latis vel minoribus. Umbellae radii longiores 5·5, breviores 3 cm longi; mericarpia 7 mm longa et ad eorum medium 5 lata.

A *P. armena* Fisch. Mey., unica specie comparanda, differt caule robusto elato (nec gracili), foliorum segmentis nec ovato-orbiculatis neque argute inciso-pinnatifidis, fructibus sesqui-longioribus et commissura 4—6- (nec 2-) vittata.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Österreichische Botanische Zeitschrift = Plant Systematics and Evolution](#)

Jahr/Year: 1894

Band/Volume: [044](#)

Autor(en)/Author(s): Freyn Joseph Franz

Artikel/Article: [Plantae novae Orientales. 98-103](#)